

Signum manus iamscriptorum Perlascii et Khisciarelli germanorum, qui hanc cartulam rogavere fieri.

Signa manuum Gatteblance tunc consulis, Dodi quondam Teperti, Villani quondam Guidonis, Ildebrandi Scerpati, Balbi quondam Guidonis, Guidonis et Alberii quondam Bernardi, Manfreducii quondam ***** et aliorum rogatorum testium.

(S) Ego Hugo domini Lottarii tertii Romanorum imperatoris iudex iudiciorum omnium interfui et subscripsi.

(S) Ego Ugo notarius apostolice sedis post traditam complexi et dedi.

48

2. 1141 - BREVE RECORDATIONIS

Enrico e Cerino del fu Enrico fanno refuta all'abate di S. Savino di tutte le terre ricevute "per feudum" dai figli del fu Enrico e dai figli del fu Ormannino. Ricevono dall'abate "mastruca una vulpine pellis".

(S) In Christi nomine. Breve pro futuris et modernis temporibus, securitatem ac firmitatem ad memoriam habendam vel retinendam qualiter actum est apud ecclesiam sancti Savini, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur. Ennigus et Cerinus germani filii quondam Henrici per fustem quem in manibus suis tenebant fecerunt finem et refutationem atque transsationem in manu Martini abbati monasterii supradicti sancti Savini de omnibus illis terris sancti Savini, que sunt positis in loco et finibus Macaio et in Botano atque in Signano vel in eorum finibus, quas abebant et tenebant per feudum ex parte Uguicionis et Enrici germanorum filiorum quondam Henrici et filiorum quondam Ormannini de Caprone, ut ab hac hora in antea ipsi nec suos heredes adversum supradictum abbatem vel suos successores de predictis terris que inter eos convenerant nec agere nec causare neque per placitum fatigare aliquo modo non debeant. Et insuper sponderunt et obligaverunt se et suos heredes adversum predictum abbatem et suos successores quod, si unquam in tempore de predictis terris agerint aut causaverint vel intentionaverint atque molestaverint sive per placitum fatigaverint, et omni tempore taciti et contempti inde non permanserint, quod componere debent predicto abbati suisque successoribus pene argenti optimi librarum decem. Unde predictus abbas fecit eis meritum mastruca una vulpine pellis,

confirmandum iusta legem ut magis omni tempore hanc finem, refutationem, transsationem atque obligationem firma et stabilis permaneat atque persistat. MCXLII, VIII Kalendas iunii, indictione IIII.

Presentibus testibus Raineri filii quondam Raineri et Pelavicini filii quondam Martini et Burrarre filii quondam Ramundini et Tebaldi filii Gichi.

(S) Lamfrancus notarius apostolice sedis his omnibus interfui et hec scripsi.

3. A 1092 - BREVE RECORDATIONIS

L'abate di Gorgona dà a livello ai figli del fu Rustico alcune terre in Appiano, per un canone annuo in natura.

(S) In Christi nomine. Breve pro futuris et modernis temporibus securitatem hanc firmitatem ad memoriam abendam vel retinendam qualiter in loco et finibus Burgo iusta ecclesiam et monasterio sancti Viti, presentia bonorum hominum eorum nomina subter leguntur, Petrus abbas iamscripti monasterii et ecclesie et monasterio sancti Gorgonii per fuste quam in sua detinebat manum investivit et dedit a censum redendum de pars iamscripte ecclesie et monasterio Bellucci et Iohannis et Martini et Stefani et Pagani germani filii quondam Rustichi de omnia ex omnibus illis terris et cassinis, curtis et vineis et ortis cultis vel incultis quibus sunt positi in loco et finibus Apiano, que a iamscripto monasterio sancti Gorgonii obvenerunt ex parte quondam Dinarii filio quondam Upti et de superioribus suarum seo cum finibus et ingressoras earum iamscriptus Petrus abbas dedit et tradidit iamscriptis germanis ut de ipsis et suorum eredum deinceps in antea sint potestate eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi et privatum nomine abendi, usumfructuandi et exinde eis et a suis successoribus per singulos annos per omnes menses agosto censum exinde dare debeatis a iamscripto monasterio sancti Viti eas vel a misso eorum per se aut per misso eorum sistaria duodecim de grano et duodecim de fave a sistario mensuratorio de Pisa. Si taliter fecerint et observaverint iandicti germani et iamscriptis terris retollerint vel aliquit amplius eas superinposuerint per collibet ingenio, debet iamscripto Petrus abbas una cum subcessoribus